

3289 THRENODIA <sup>RMK I.</sup> 1098a  
SIVE  
LVGVBRISCANTVS,

QVEM

In Vltimum honorem & perpetuam  
omnium beneficiorum acceptorum  
memoriam,

Super

Obitum placidum & beatum

Gen. Nob. & Maxime Strenui VIRI,

DN. STEPHANI WIT.  
TNYEDI  
DE & IN MUSAY &c.

Illustrissimis quondam Comitibus

NICOLAO ZERENY, & FRANCISCO WESSELENY

&c. à Consiliis intimis &c. Domini sui

Patroni pie recolendi,

tristitum Musæ,

debitaque observantiâ decantavit F. Szechenyi.

succinentibus Sympatriotis

GEORGIVS DÖMÖTÖR

CONV. NOB. VIC. REG.

EPERIESINI.

Anno 1670. Die Martij.

CASSOVIAE,

Typis, ERICI ERICH.



RMK. I.

1098a

Incitatio Musæ ad supremo ho-  
nore afficiendum Patronum.

**R**elinque Pindi culmen amabile.,  
Te triste poscit Sempronij solum,  
Thalia, grato da Patrono  
Exequias lachrymis acerbis,  
Ut ille quærat commoda Patriæ:  
Ut formet altos justitiæ pedes;  
It sapè: sed nunc, proh! tenetur  
Debilitatus obire mortem.  
Audire acerbum quod fuit omnibus,  
Quicunq; noscunt *Wittnyedi* genus:  
Quibusve consorrem esse vitæ,  
Consiliisq; frui patebat.  
Pulchrè cadentem tempore deteri  
Oblivioso provida non finit  
Virtus, tubæ quin personanti  
Ritè dabit celebrare famâ.  
Humana temnens mente per arduum  
Ivit, nec ardens purpura Curiz  
Romana perstrinxit tuentis  
Lumina, non hebetavit auri  
Fulgor, vel argenti nitor, ætheris  
Spectare sœtū splendida sidera:  
Edura fregit, vicit auster  
Lenia; blanda removit arte.



Non sumptuoso munere subruit  
Hic mundus altum pollicitus, neque  
Mollivit aversum favoris  
Illecebrâ, tumidi que honores.  
Hinc Sanctus ardor, Spes Pietas simul,  
Suis nitentem dotibus & choris  
Cœlo bearunt: hinc repressit,  
Tartarei fera castra Ditis.  
Hinc post avitò robore pectoris  
Firmatus alti; nil metuit minas  
Vicesque fortunæ & malorum  
Agmina, cum moriturus esset.  
O magna Virtus! dicere in exitu:  
Non pejerabo foederis irriti  
Reus, fidem nec diffitebor,  
Quam semel institui fateri.  
O dulce gentis Pannonicæ decus!  
O clare sanguis magnanimûm Patrûm!  
Tu Galba, Aristides, Catoque:  
Tu Patriæ fueras Achilles.  
Te propter altè nunc Proceres gemunt:  
Te terra plangit Teutona, Principes:  
Te te Viratûs atque septem:  
Te populi repetunt cadentem.  
Per te tuentem justitiæ nitor  
Accepit auctum lumen amabile  
Quando levasti lege pressos,  
Dexteritate tuâ fovendo:  
Tu Fautor Artis cum studiis bonis:  
Tu provocasti membra decentia,

Quæ

Quæ dogma Christi ritè possent  
In medio refecare turbæ.  
Hinc te jacentem nos quoque questibus  
Flemus, Clientûm fidus amabile:  
Hinc laus Sororum magna Pindi,  
Et Charitum celebris Patrone.  
Proinde frustra sævities furit,  
Edaxque livor; scimus ut occidens  
Fatumque devoramque mortem,  
Sustuleris pietate magnâ.  
Frustra malorum clamor imagine  
Sparsâ fremebant noxia pectora;  
Nam Numen avertit sine ictu  
Innocuo propriata tela.  
Titanis at cum lumine clarior,  
Subsedit arces visere lucidas  
Et celsa Divûm regna & omnem  
Salvus adit numerum piorum:  
Pubes ovantum quum tenet alitum:  
Et cum refulget gratia Numinis  
Iubetque scintillare Cœlo  
Sidereis medium choreis.  
Dic Musa, Lethi nescius horridi,  
Sis dignus almæ fortis honoribus:  
Cœlo perenna: pulchra nec Te  
Deferat, ah! sine laude Virtus.

II.  
Consolatio ad Coronam lectissimorum pignorum.

A3

Arcem



**A**rcem jam Superum tenet  
 Stellatum Genitor Nobilis, & graves  
 Curas exuit ingeni,  
 Cum vita satur hanc; sic Amor abstulit  
 Virtutis memor igneæ.  
 O faustos oculos lumine splendido!  
 O coelo radians Caput!  
 Quantæ fortis erat sic Domino Poli  
 Iungi pectore fulgido.  
 Invanum revocas tot querimoniis  
 Mortem tam subitam Patris  
 Extincti, genitum mœsta cohors pia;  
 Frustra sollicitas Polum!  
 Sat vixit Patriæ, sat quoq; laudibus:  
 Non huic vita superstiti  
 Æquè chara fuit, ceu bona publica:  
 Non sumptus varij & labor.  
 Author quin monitis consiliò & bonò  
 Cunctis ut Themis adfuit  
 Et junxit fidei castus amor DEO.  
 Hinc prisce generis decus  
 Observans veterum jura Penatium;  
 Nil imum aut humile edidit:  
 Nil quòd magnanimis justitiæ Arbitris,  
 Non gratum fuit integrè.  
 Pro quo ferra manent & pia præmia,  
 Virtutis memorabilis.  
 Non, non, pol! Lachesis crede adaman.  
 Flestes, juraque Saxea: (tinam  
 Mortales stabili lege necessitas

Cogit

Cogit cedere nescia:  
 Quare cum satis est jam lachrymis datum;  
 Cordis quid laceras domum?  
 Quid voces geminas? funde preces Deo,  
 Illi namque laboribus  
 Functo, nectar Amor præbuit aureum  
 Æternâ ambrosiæ dape  
 Convivam superum non humilem beans.

III:  
 Demortuus de Transitoria Vita  
 agens, Patriæ & suis valedicit.

**M**ely hamar az árnyék udvara megh bomlik  
 Mely gyorfon az fõnek virágja le-omlik;  
 Vgy Embernek élte:  
 Az melyre emelte,  
 Istennek egy hatalmas karja;  
 Minden eszben vérel nélkül el-hagyatni;  
 Erejétül és szinétül megh fosztatni:  
 Ez árnyék Világban:  
 Mint edgyizzó lángban,  
 Szemünk elõr gyakran láttatik.  
 Hová len Iulius Csásárnak hatalma?  
 Hová len Attila erõs birodalma?  
 Nem de mint az Virág?  
 Avagy mint az Zöld ág  
 Földé, Porrá, Hamuvá váltak.  
 Az Salamon Király mit nem fényeskedet?  
 Az Darius Háza mennyre nem terjet?

Mõst



Most abban semmi nincs :  
 El fogyot minden kincz :  
 Csak mint az sebes szél elmultak.  
 Tekinced meg am azerős Hector Vitézt :  
 Vgy Nagy Sandort, ki tött fok harcban rezzenéft :  
 Nem de nem élteké!  
 Mind pusáng nyölteké ?  
 Most pedig ritkán hírek hallék.  
 El-romlot életem föld edények lévén :  
 El-hervadot szívek ; mert folyta kelevén :  
 Az halálra utat,  
 Mely földben be szállat ;  
 Ezzel bizonyossan muratták.  
 Ezen sorom nékem lén most édes, hazám :  
 En-is te éretted sokat fáradozám ;  
 Es hogy ez életben :  
 Nagy jó becsületben :  
 Mindenektől immár tartatnám ;  
 Akkoron te túled Dajkamtól meg válnom :  
 Akkor az véletlen halált meg költnom ;  
 Barátim jaijával,  
 Gyermekeim kárával,  
 Kölleték az nagy hidegh utban.  
 O kegyetlen halál ki most támodtál ! -rám  
 Hová lett jég szíved, hogy nem gondolkodtál !  
 Nem de nem voltaké ?  
 S-Nem talaltattaké ?  
 Az kik után kaszád hajtánád.  
 Nem de el fogytaké házánknak rontoi ?  
 Nem de el vezteké vérünk ki öntői ?

Az

Az Pogányságh közöt,  
 Ki meg környékezzét,  
 Nem de elég pra dat löltél ?  
 En ugyan hogy lassam édes meg váltomat :  
 O hajtva kívántam drágha Zalogomat ;  
 Melyben boldogságha,  
 Örök vigalágha,  
 All egyedül minden szenteknek.  
 Mind az által hogy ha ez Világban való,  
 Anya-szent-egy-házát, mely kereszttben álló ;  
 Edgyeser virágozni :  
 S-mindenűt áldoznij :  
 Lélekben meg érhettem volna.  
 Annál tudom nagyob örömet szívemben :  
 Erezhettem volna be menven Mennyegeben ;  
 Az hová várando :  
 Minden meg tartando :  
 Igaz Lölki tagja Christusnak.  
 De hogy boldogságom tellyes el vételét :  
 Isten Országában lölkömnék lételeit :  
 Megh ne késleltessé  
 Szivem jelentése  
 Beszédemet hozzátok tészem.  
 Mivel azért cserep töredékeny Ember :  
 Az kiben az vétek csak hamar félszket ver ;  
 En-is voltam gyarlo ;  
 Hozzatok haszomlo :  
 Ha mint ez életben vétettem.  
 Ennekem Christusnak kényszerűvéseért

B

Isten



Es Szent Halálának drága érdeméért  
 Valakikkel éltem,  
 Szoltam, jártam költem  
 Szúbúl kérem most megh engedgyen.  
 Isten légyen tehát édes hazám hozzád:  
 Isten oltalmazza kívül belől bátyád:  
 Adgyon csöndességet:  
 Kivánt könnyebséget:  
 Minden nemzetségek népeközt.  
 Tiktetek-is kegyes Méltóságos Vrak:  
 Groffok, Szabadosok, kiket nagy kú Varak,  
 Vitézlő szép néppel:  
 El-rendölt fereggel:  
 Ekefitnek mint fejt az tagok;  
 Istennek hatalma és erős nagy Karja:  
 Tégyen erősekke, hol szivetek varja:  
 Hogy pogány népeknek:  
 Ti ellenségheteknek:  
 Légyen előtterek romlása.  
 Így tinétek szabad Király Városok:  
 Nemes és Nemzeteres Főrendek Tanácsok:  
 Az szép szabadságot  
 Fényes igalságot  
 Istentül adattatnij kívánom.  
 Engedgye tárháztok bekelséghben légyen:  
 Örökös jószágotok naponként terjedgyen:  
 Az Christus Vallása:  
 Igaz Tanítása:  
 Szivetekben örömt gyujcson.  
 Isten veletek is szerelmes magzatim:

Kiken

Kiken most zokognak rokonym s-barátim;  
 Nevelkedéstekeket:  
 Hoszu életteket:  
 Az Vr kérem engedgye menybúl.  
 Tégyen erősekke az jó szándékokban:  
 Nevellyen az hűben s-tób ajándékokban:  
 Hogy edgy más szerezetök:  
 Híreteket féltök:  
 Lehesseetek minden üdöben.  
 Ezek után Menyben csöndesz halál által:  
 Az Vrnak Angyali szolgálotttyok által:  
 Tiktetek-is vigyen bé  
 Az boldogh örömbé  
 Kívánom azt tellyes szivembúl.

IV.

# Chronodistichon continens An- num, Menssem & Diem mortis.

Vt PaCl6Vs FebrVV s 61s seX eXarsIt & Vnà;  
 Magna WyttnyeDV regna beata sV61t.

**F**Lebat magnanimis tellus Pharia orba Dynastis  
 Plangebatq; suâ pectora moesta manu.  
 Ardua Pyramidum redolebant culmina voces  
 Atque Echûs passim flebile carmen erat;  
 Nunc pro Niliacis funesto heu! omine terris  
 Hungara certatim pectora plangit humus.  
 Nobile stemma dolet, casum, fidiq; Clientes  
 Pieridumque chelys nil nisi moesta sonat.

Bz

Ite,



Ite, rigate sinus jacet heu! Wyttnyedi<sup>us</sup> Heros;  
Parcite de reliquo stemmate surget honos;

*Ita contestari voluit cordolium suum*  
ANDREAS SZÁNTÓ, Pnbl. Præ. Gram.

**F**le Pietas, fle Relligio, fle docta juvenus,  
Totus Musarum fle, geme, plange chorus.  
Plangite Pieridum cultores pectora palmis,  
Indue te nigris vestibus, alma Themis.  
Nigrâ cinge Comas myrthô tristiquē eupressu  
Phœbe, tuas justî causa doloris adest.  
Nam pietatis apex & Relligionis asyllum  
Occidit & clari fida columna chori.  
Non habitura Virum, melior Sententia menti  
Cui sedeat: tellus nec genitura parem.  
Ergo flet pietas, flet Phœbus, fletque Minerva,  
Relligio passis fletque gemitque comis.  
Dant Musæ planctus, resonat plangoribus æther,  
Parnassus lacrymis totus ubique madet.  
Unicus ille fuit Mecœnas tempore nostro,  
Quo vivo vigit Curia, Templâ, Scholæ.  
Sumtibus ille suis multos promovit egentes,  
Qui nunc in populum dogma salubre ferunt.  
Occidit heu Patriæ columen memorabile nostræ,  
Wyttniedyum periit summa columna domûs!  
Ah, ah quàm tenui pendent mortalia nexu,  
Ecce ruunt subito quæ valere diu!  
Lugēt jam meritò pietas extorris & exul,  
Amittit clarum nam pietate Virum.  
Lugēt Nobilitas, quæ sæpè pependit ab ipso,  
Prudenti quoties res eguere Viro.

O Pa-

O Patria! ô patriis contermina mœnia campis,  
Et Pater, & fidus morte Patronus obit.  
Vir Generose precor tua svaviter ossa quiescant,  
Perpetuum Salve, perpetuumque Vale!

*Affectu humili, tristissimo animo adgemuit*  
STEPHANUS SZÉP, Kösegién. Nob. Hung.

*Lacrymæ doloris testes.*

**S**ic libet, & fas est funestos condere lesus,  
Melpomenesque juvat sollicitare chelyn.  
Sic decet: Epperiæ jungunt lugubre Camœnæ  
Metron, & in lacrymas, qui dolet, omnis abit.  
Tristes addo Elegos, quod si titubare videntur,  
Angor, & ægra magis concutit ansa, dolor.  
Ille, per Hunniacas tamâ notissimus Vrbes,  
Tutamen Patriæ, subsidiumque Scholæ.  
Ille, cui mistus Gravitati Candor amorque,  
Nescio, quando fides, quando parem inveniet.  
Perpetuò recubans, urgetur lumina somno  
Argus & heu! tanti Nominis ille jacet.  
Omnia devitans, Lachesis vitare nequivit  
Wyttniedy, ah! vitæ munere dignus obit.  
Occubuit Stephanus, quando nascetur? ad astra  
Ingenio volitans, jam super astra volat.  
Inde Poli gaudent, sed deflet Patria casum;  
Patria non casum; sed tua damna dole.

*Apposuit inter dolores*  
JOHANNES VÖRÖS, Bazinién. Nob. Hung.

**E**cquid purpureo Titan temone recurris?  
Cur tam præcipiti volvitur axe rota?  
Siste gradum, fortemque; stupens Pyroënta reflecte,  
Debuc-



Debueras Vultus condere nube tuos.  
En qui Pannonico radians fulgebat in Orbe,  
Occidit, heu! nunquam Sol oriturus, obit,  
Quive serenabat Virtutis luce tenebras,  
Funerea condit nobile nocte caput.  
Et jam Leucothœ funestos sumit amictus,  
Ac tremulas inter Sol tegit ora faces,  
Patria squalenti foedat sua pectora vultu,  
Et queritur vitæ tristitia damna suæ.  
Cui tam marmorei circum præcordia nervi,  
Vt non in lacrymas tristitiæ actus eat?  
Ite ergo lacrymæ, dolor imperat, ite fluenta,  
Flere juvat, dulce est publica damna queri.

*Affectus tristissimi causâ apposuit*  
JOHANNES SZVETICS,  
*Köszög. Nob. Hung.*

*Monoceros effirat marcet rosa.*

**I**llène, qui levibus quondam velocior undis,  
Threicisque Notis ocyor antè fuit;  
Illène, Pannonicæ liber qui compita terræ  
Tranabat, nullâ saucius arte Virum;  
Vnum pro multis placidâ qui fronte gerebat  
Robur, jam Lachesis falce repentè cadit?  
Ille cadit, langvent alæ, rosa marcuit. Eheu!  
Robore quis Pindum muniat atque Viros?  
Ecquis odorifero Cives mulcebit odore?  
Ac Themidis tanto pectore jura feret?  
Pergite magnanimi legite hæc vestigia Nati,  
In vobis nasci mortuus ille potest.

*Ita gemebundus ob casum, meliora ominatur*  
STEPHANUS HOSZTÓTI,  
*Nob. Hung. Köszögien.*

*Occasu oritur.*

**M**elpomene moestas quid cessas promere voces?  
Cur non lugubres occinis ore modos?  
Forsthan ignoras tanti monumenta doloris?  
Dùm cadit Hunniaci gloria magna Soli:  
Vir Pietate gravis, famâ super æthere notus,  
Musarum fautor, dum fuit, ille fuit.  
Qui cùm mortalis fuerit, sic vixit in Orbe,  
Vt non mortalis post sua fata foret.  
Iam cecidit, sævâ Libytinæ falce peremptus,  
Quò casu pressum tollit ad astra caput.  
Sprevit quippe metus, & inexorabile fatum;  
Nam finem tantis scivit adesse malis,  
Ergo crudeli superatus, morte triumphat,  
Post mortem vitam dùm capit ille novam.  
Occidit, hinc oriens oritur cœlestibus oris,  
Et fato extinctus clarior igne micat.

*Ad contestandum animi dolori  
hac adjicere voluit*  
JOHANNES UNGER,  
*Semp. Nob. Hung.*

*In spe - rata sunt omnia.*

**V**ita dolor certus, fragilis spes lubrica fortis,  
Tempore quæ nullo gaudia clara vehit.  
Monoceros Patriæ fuerat, quod dulce levamen  
Cedit, & heu subito morte furente cadit.  
Cedit ut ætherias veloci tendat ad auras  
Remige, qui pennis fultus ad astra volat.  
Sustulit hic lætus se, certa que gaudia stirpis  
Sustulit, heu Patriæ corruit auxilium!

Lugeat



Lugeat hunc Orbis, meritò plangentque Camœnæ,  
Rarus Meccenas qui stetit ante, ruit.

*Eundem dolorem exprimere  
volens, adiecit.*

MICHAEL HERICZ,  
*Nob. Hung. Kőszögien.*

**V**iderat infesto turbari Marte Dynaltas  
Parca & Tisiphones agmina fraude rapi:  
Viderat, &, jungam, dixit, mea tela furori,  
Nec parcam tanto strenua Parca Viro.

O subitos casus! ó tristitiæ lamenta!

Non pietas, non hunc liberat alma fides?

Ictus lethiferi Wytiedy cuspide teli

Qui virtute stetit fultus ad ima ruit.

Flete pii fatum nam pulsa columna labéscit;

Nescio, quem caelum tanta ruina trahat.

*In eodem dolore adicere voluit*

GEORGIUS TÖRÖK;

*Semp. Nob. Hung.*

**E**heu jam, Fautor, mundum decorate relinquis,  
Tu fueras fidei murus & auxilium.  
Eccur tam subitò ex hoc te mors sustulit Orbe?

Annon progenies Te gemit alme tua?

Flete Poli rosei Fautorem, flete Camœnæ!

Inque pias lacrymas angulus omnis eat.

Fac hujus Numen Virtus florescat in ævum,

Huncque, peto, turbis adnumerato tuis.

*Simili dolore tactus conscripsit.*

ADAMUS KESSZE ÖGHY.

*Studiosus Poës.*

